

ſpondeo, quod ſic intelligendo adhæſionem, non erit adhære-  
re idem, ac informare formam, & per conſequens adhæſio. nõ erit  
conſonum formam ſubſtantiali, quæ ſecundum eorum cõmunẽ  
ſententiam eſt ſubſtantia informans aliam ſubſtantiam, & in iſta  
tanquam in ſubiecto exiſtens; ergo forma ſubſtantialis inheret,  
non autem adhæret, quod eſt contra eſſentiam ſubſtantie vt ſic,  
quapropter termini illi adhærere, & inhærere deluſorij ſunt.

8 Sunt nihilominus aliqui recentiores philoſophi, quorum  
vnus eſt Vrthadus in phyſicis diſp. 4. ſect. 7. §. 6. qui difficulta-  
tem hanc quaſi contemnens ait, quod tam inhærentia, quam  
adhærentia deſumuntur a modo dependendi a materia, qui quidẽ  
modus cum duplex ſit, ac diuerſus, diuerſa per conſequens eſt  
vna ab alia. adhærentia ergo in ſententia Vrthadi eſt id, quod dat  
eſſe ſimpliciter, videlicet vnio formæ cum ipſa materia, qua  
mediante fit vnum ex ipſa materia, & forma; atque adeo eſt pri-  
mus conceptus formalis; inhærentia verò ſecundus modus de-  
pẽdendi eſt illa, quæ ſupponit primum eſſe totius ſimpliciter, atq;  
adeo non eſt primus conceptus compoſiti, neque formæ, aut  
materiae, & per conſequens neq; radix omnium proprietatum,  
& poteſt a deſſe, & abeſſe à ſubiecto integra eius eſſentia ma-  
nente, quemadmodum albedo, & ſanitas ab homine ſeparari  
poſſunt eſſentia hominis integra manente; & hæc per dictum  
Vrthadum inhærentia vocatur.

9 Sed neſcio quid dicat iſte Doctõr, aliàs etſi ſubtiliſſimus  
ſit; aſſerit enim, quod inhærentia eſt dependentia ab alio tam-  
quam a ſubiecto, dependentia inquam accidentis; adhærentia  
verò eſt dependentia a ſubiecto, dependentia inquam ſubſtan-  
tia; & hoc eſſe ait primum conceptum ſubſtantia, non verò in-  
hærentia, cum ſupponat eſſe eſſentiale.

Hæc eſt vera, ac rigorõſa petitio principij ex duplici capite,  
& primò, quia hic quæritur an poſſit dari talis dependentia  
ſubſtantia a ſubiecto, & an poſſit inueniri aliqua pars ſubſtan-  
tialis, quæ ſubſtet alteri. ſecundò, quia inhærentia eſt di-  
uerſa ab adhærentia; quia diuerſa eſt dependentia ſubſtantialis  
ab accidentali, dicunt ipſi, a quibus quæro; dependentia iſta  
diuerſificatur a ſubſtantia, & accidenti dependentibus ſecun-  
dum gradum, ſecundum quem habent ſimilitudinem, vel ſe-  
cundum gradum contrarium; primum non eſt dicendum, quo-  
niam ſimilitudo eſt cauſa ſimilitudinis, non diſſimilitudinis; ef-  
fectus namque non eſt diuerſus a ſua cauſa ſpecie; ergo dicen-  
dum